¶ Ordior, *ordir*, y *comenzar*, alterius vitæ initium ordiar. Cic.

Exordior, *comenzar*, orationem, à I. ex tuo dicto. Cic.

Ominor, *agorar*, diem festum. Plin.

¶ Paciscor, *hacer concierto*, pacisci fœdus. Cic.

Patior, *padecer*, magnum dolorem Cic.

Percontor, *preguntar*, te de hac re, & à te, hanc rem. Cic.

Periclitari, *experimentari*, omnia, fortunam belli periclitari,
bar ventura en la guerra, vires ingenij, examinar.

Pigneror, *dare en prenda*, libros pro vino.

¶ Queror, conqueror, *quexarse*, multa de re, l. tecum
 de iniurijs. Cic.

¶ Reor, *pensar*, eos plures esse quam cognovi. Cic.

Remuneror, l. remunerero, *galardonar*, te muneribus. Cic.

Rimor, *considerar*, ille rimatur quantum potest. Cic.

¶ Scrutor, *escudriñar*, aras sociorum. Cic.

Sciscitor, *preguntar para saber*, alicuius sententiam, ab, l. ex
 aliquo de aliqua re. Cic.

Speculor, *mirar de atalaya*, hostem. Cic.

Suspikor, *sospechar*, multa de te. Cic.

¶ Testor, contestor, obtestor, testificor, *poner por testigo*,
 Deum, hominesque. Cic.

Tueor, tutor, *defen. or.*, Remp. Cic.

¶ Veneror, *venerar*, Deum, Cic.

Vereor, *reverenciar*, aliquem, *recelarse*, temer, supplicium
 ab aliquo. Cic.

Vlcisor, *vengar*, *castigar*, patris mortem, suas iniurias
 ego pro istis dictis, & factis vlciscar, *tu me las pagaras, &c.*

Quarta Species.

Huius loci sunt, *que ablativum amant. Sunt verba ea*,
 Glorior, oblector, letor, abutor.

Atque vtor, vescor, potior, quibus addito nitor.

Et fruor, & fungor, radice ut nitor arbor.

Potior genitivum etiam admittit, atque interdum accusativum.

Explicatio.

Glorior, *gloriarise*, suis factis, de tuis divitijs gloriaris.

Lætor, delector, oblector, *bolgarise*, suis rebus, Cic.

Vtor, *vsar*, tuo consilio. Cic.

Abutor, *vsar mal*, tua potentia. Cic.

Vescor, *comer*, pane. Cic.

Potior, *gozar*, portu, urbem, l. vrbis. Cic.

Nitor, *estivor*, rei æquitate, *en mi justicia*, in aliquo. Cic.

Fruor, *gozar*, summa pace.

Fungor, *gozar*, y *hacer*, meo officio. Cic. aliquando officium.

Ablativus verborum lator, delector, oblector, non immerito communis ablativus causæ dici potest.

Quinta Species.

Huius speciei verba easum habent beneficio præpositionis, ut *verbor in Vrbe*, loquor tecum, *proficiscor in Italian*.

Orior, & nascor ablativum postulant modò cum præpositione à l. ab, modo sine illa, ut, *Ortus à claris parentibus*.

Nobili genere natus.

De Constructione Verbi Communi.

Verba communia, quæ in or. finita, activam in ò, non habent; apud priscos, tam actionem, quàm passionem significabant, iam verò activa significatione contenta sunt, quod verò ad constructionem attinet, accusativum amant, referunt inque ad tertiam speciem verborum: deponentium: quædam verò participia etiam significatione passiva reperiuntur, cuius generis sunt. *Expertus, complexus comitatus, testatus, interpretatus, largitus, dimensus*. Cic. *A quibus essent illa dimenso*; his verò raro apponitur ablativus passivorum more.

De Constructione Verbi impersonalis Activæ vocis.

Hæc, *Est inters, refert (convenir) genitivum postulant*. Cic. *per ad- inters omnium rectè facere*.

Inters tamen, & refert genitivi loco habent mea, tua, sua nostra, vestra, cuius, vel cuius, quibus addi possunt gen-

tivi unius, solius, ipsius, & genitivi participiorum temporis presentis, ut mea unius, vestra ipsorum interest: tuam Rem. administrantis interest vigilare.

Verbum est, pro mea, tua, &c. habet meam tuum suum, nostrum, vestrum. Cic. Si memoria defecerit, tuum est, ut suggeras.

Verbo interest, & refert iunguntur illi genitivi. Magni, per magni, tanti, quanti. Cic. Magni nostra interest, utriusque nostrum interest.

Observatio.

Verbum interest, loco genitivi accusativum rei cum prepositione ad, admittit. Cic. Equidem ad nostram laudem non multum video interesse, &c.

Dicimus etiam vestra paucorum interest: non tamen vestra omnium, sed vestrum omnium interest; ubi genitivus, omnium regitur à verbo refert, l. interest nostrum, & vestrum à nomine, omnis, quod partitivum est.

Non solum illi genitivi, unius, solius, &c. sed substantivorum quoque genitivi videntur posse coniungi cum ablativis mea, tua, &c. ut refert tua prætoris Verberem tueri; nisi cum nomen proprium additur, ut interest tua Cæsaris: quare tum dices potius, interest tua, & Cæsar, l. omisso pronomine, interest Cæsaris, quod si interest tua Cæsaris dixeris, Grammaticè loqueris, & Greco more,

Secunda Species.

Huius speciei sunt, quæ dativum postulant post se ante se verò, aut nominativum, aut aliquam orationis partem. Terent. Facite, quod vobis libet, peccare nomine lect.

Pauli,
multa,
per multa,
magis.

Maxime,
minime,
nihil,
aliquid,
vehementer,
infinitum.
Plus.
Plurimum.

Observatio.

Huc conferuntur verba, quæ eventum significant, ve accidit, incidit, cadit, contingit, obtingit, evenit, obvenit, viiuenit, *acontecer*, à te mihi omnia semper honesta, & iucunda acciderent Cic.

Item expedit, convenit, conducit, *convenir*, hoc tuæ laudi. Cic.

Constat, patet, liquet, *es claro, y notorio*, id omnibus Cic.

Suppeti, superest, *estàr sobrado*, tibi pecunia. Cic.

Vacat Non mihi vacat ab officio, ab studio, à negotijs, *no me dexa mi oficio vn punto de tiempo, mi estudio, mis negocios.*

Tertia Species.

Decet, dedecet, iuvat delectat huius sunt loci, quæ ante se, aut nominativum, aut aliquam orationis partem, præsertim verò infinitum, post se accusativum habent.

Declaratio.

¶ Hoc te minimè decet, *no te està bien esto*, Cic.

Dedecet te iratci, *no te està bien enojarte*, Cic.

Iuvat, delectat me audire, *dame gusto oír*, Cic.

¶ Oporteret, absolutum est, neque superioribus adiungendum, Cic. Irruare. *Antonium non oportuit.*

Observatio.

His ad di possunt hæc quatuor verba, fugit, præterit, fallit, later, idest ignoro. Cic. Hoc amentem hominem fugit, *no sabe esto este loco.* Sed vsitatius præposita negatione. Cic. Non me illud præterit: Neque hoc te. Crasse fallit. Itaque nihil horum me fugit, præterit, fallit, later, perinde est, ac si dicas; Omnia novi.

Pertinet, attinet, spectat, petunt accusativum cum præpositione ad. Cic. Hoc ad rem non pertinet.

Quarta Species.

Hæc verba illa conferuntur, solit, incipit debet, capit, desinit, potest, quæ cum insigniti verboris impersonalium adiunguntur.

Explicatio.

<i>Solet bonos pigere vita ante malet acta.</i>	Suele dár pena à los buenos la vida mal gastada.
<i>Incipit illos tadere vitiorum.</i>	Comienzan à tener tedio de sus vicios.
<i>Debet te pudere huiusmodi criminis.</i>	Debes avergonzarte de semejante delito.
<i>Nunquam desinet me mei facti poenitere.</i>	Nunca dexará de pesarme lo que hice.
<i>Non potest tibi per me licere.</i>	No te puedo dár licencia.

Item a dherent infinitis passivæ vocis. Cic. (agens de sapientia.) Qua præceptrice in tranquillitate vivi potest. Idem. Hic maneri diutius non potest.

Si hæc verba aliorum verborum infinitis adiungantur, vel aliquis præcedat nominativus, impersonalia esse non possunt, ut incipit ille explicare scholam, &c.

Quinta Species.

Poenitet, piget, pudet, tadet, misereret, miserescit, huius sunt loci, quæ accusativum habent cum genitivo, l. infinitivo.

Explicatio.

Poenitet, ebat. tener dolor, pesar, tuæ quemque fortunæ. Cic.

Piget, tener verguenza dolor, me stultitiæ meæ. Cic.

Pudet, avergonzarse, illos infamiæ suæ. Cic.

Tadet, tener fastidio, enfado, nos omnes vitæ nostræ. Cic.

Miseret, l. miserescit, tener misericordia, l. siina, te fratris misereat tui. Cic. inopis te tunc misereat mei. Ter.

Loco genitivi recipiunt interdum infinitivum, ut *Tadet nos vitæ, l. vivere. Pudet me facti, l. secisse.*

De Constr. Verbi impersonalis passivæ vocis.

Verba impersonalia passivæ vocis tertijæ personæ constructa sunt, et vivitur, certatur. Hæc passivorum more ablativum habent cum præpositione à, vel ab veriusque numeri pro persona agente, post se casum verbi, à quo descendit.

32
Epist. Eius oratione vehementer ab omnibus reclamatum est
effitiantur verò à neutris secunda, & quinta speciei, ut
servitur, pugnatur.

De Varia Verborum Constructione.

Abrogo, *quitar del todo*, legem, l. legi, & potestatem
 alicui abrogare. Cic.

Adscribo, *escribir junto à otra cosa*, diem in epistola, salu-
 tem alicui, *juntar*, aliquem in societatem. Cic.

Ani cadverto, *èchar de ver*, aliquam rem, *castigar*, in ali-
 quem animatvertere, *castigar à alguno*. Cic.

Benè, aut malè mereri de aliquo, *hacer bien*, ò mal. Cic.

Benè, aut malè sit tibi, l. vertat, *bueno*, ò mal provecho te haga.

Cado, *caer*, alte cadere: non cadit in virum bonù mentiri.

Hoc mihi per oportune cecidit (metaph.) cadere animo,
desmayar, cadere causa (en ablativo) *perder el pleyto*. Cic.

Confero, *comparar*, me illi, l. cum illo, *ir*, me in Urbem
 confero, *dàr*, beneficium in aliquem conferre. Cic.

Convenio, *juntarse en un lugar*, convenire in vnum lo-
 cum convenio tecum de hac re, l. hoc convenit mihi te

cum, *concordamos en esto*, convenire aliquem, *ir à ha-*
blar à alguno.

Deflecto, *apartarse*, Urbem à veritate de via. Cic.

Declino, *apartar de sí*, laborem, l. à labore. Cic.

Deficio, *faltar*, vires mihi, l. me deficiunt. Deficere à Re-
 ligione, *dexar la Religion*. Deficere à Duce, *rebelarse con-*
tra el Capitan, *desdeñarse*, à se ipso, à veritate deficere.

Derogo, *derogar*, *disminuir*, aliquid de lege derogare fidè
 alicui, *quitarle el credito*. Nimis tibi derogas, tibi dum
 arrogas, *tiene en menos*, quanto mas *presumes*. Cic.

Despero, *desconfiar*, salutè, salute, salutem, l. de salute. Cic.

Dominor, *Señorearse*, Regioni, in suos, l. in suis. Cic.

Excello, *aventajarse*, omnibus, l. ante omnes. Cic.

Æmulor, *imitar*, Sanctos, *competir*, tibi. Cic.

Gratulor, *dar el parabien*, tibi, & tibi victorià, l. de victorià

Facio, *hacer*, quid facieris huic homini, hoc homine, l. de
 hoc homine, *què hareis de este hombre*. Cic.

- Fio, quid mihi me, l. de me fieri! *Què serà de mi!* Cic.
- Futurus, a, m, lo mismo; quid mihi me, l. de me futurum censes? *Què piensas ha de ser de mi?* Ablativus sine prepositione frequentior. Cic.
- Habeo tibi fidem, *doyte credito*, habeo te odio, *aborrezcote*, indelicij, *quierote mucho*, pro comperto aliquid habere, *tenerlo por cierto*, pro derelicto, *dexarlo por cosa perdida*.
- Interdico, *vedar*, tibi aditum, l. te aditu: aqua, & igni mihi interdictum est, *resistiv*, alicui inter dicere. Cic.
- Iubeo, *mandar*, te (raro tibi) iubere legem; *dár ley*. Cic.
- Moderor, *poner modo*, *refrenar*, linguæ, *governar*. Remp. Cic.
- Nubo, *casarse la muger*, adolescenti, l. cum adolescentē. Cic.
- Obstruo, *cerrar*, obstruis luminibus nostris? *Quitásnos la luz de nuestras ventanas?* Iter hostibus obstruere. Cic.
- Pendeo, *estar colgado*, pender, vita mea ex, l. de te pender.
- Renuncio, *hacer saber*, tibi hoc, aliqueum Consulem renunciare, *hacerle Consúl*. Hereditati renunciare, *renunciar la herencia*. Deserchar, hospitium ei renunciat. Cic.
- Refero, *bolver*, ò traer, auster me in Italiam retuli, *contar*, rumores ad aliqueum referre, *dár*, *pagar*, alicui debitam gratiam, *dár parte*, de hoc ad Senatam: *poner por escrito*, aliquid in codicem accepti, & expensu: *aplicar* animam ad studia referre, *estudiar*. Cic.
- Stomachor, *enfadarse*, omnia, *ayrarse*, cum aliquo. Cic.
- Tollo, *quitar*, suspicionē alicui, imagines ex, l. de templo.
- Tollere aliqueum de medio, *matarle*. Cic.

DE COMMUNI OMNIUM VERBORUM

Constructione

- Cuius verbo apponi potest dativus eius personæ, in
 huius gratiam, *commodum*, l. *incommodum* aliquid fit. Plaut.
tibi dicit, tibi occis.
- accusativus, l. ablativus temporis. Cum per quantitas fit la-
 de *quanto*, ut *quandiu fuisi Roma?* Tres menses, vel s. ibus
 o, *mensibus*.

Si per quando fiat interrogatio, ablativo utendum est; ut: Quando dormis? Nocte, vere.

Admonitio.

Spatium temporis vocant, cum per adverbium *Quandiu* (*que es quanto tempo*) fit interrogatio: tunc frequentior est accusativus, ut: *Quandiu, vel quot annos studuisti? Tres annos, vel tribus annis.*

Hic pertinent voces, quæ certam temporis quantitatem significant, ut: *Momentum, hora, dies, mensis, annus, Olympias, seu lustrum atas, sæculum.* Cic. *Ibi paucos dies morati sumus. Viginti annos natus. In Ver Provinciam arieniura obtinuit. Viduum. L. odicæ fuit. Tert. Iam sæculum videor te non vidisse.*

Cum per *Quando* (*que es quando, ò en què tempo*) fit interrogatio, ablativo tantum utimur; ut: *Quando, vel quoniam tempore datum est tibi negotium? Anno superiori, mense Maii.*

Ablatibus interdum *intra* significat, ut: *Paucis diebus biduo, triduo; pro intra paucos dies, intra biduum, &c.* Cic. *Diebus sexdecim absoluta sunt quatuor tragediæ. Idem Clodius respondit triduo, illum ad summum quatruiduo peritum. Uro die longissimam orationem didicit.*

Accusativus item, vel ablativus, quo spatium loci significatur. Cic. *Negat se à te pedem discessisse. Villa distat ab Urbe quingentos passus, vel passibus: Accusativus frequentior.*

Ablativus instrumenti, cause, excessus, aut modi. Tert. *Hic te oculis vidi. Cic. Vestra culpa hæc acciderunt. Idem Scipio omnes sale, facerisque superabat. Idem. Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur: stultissimus iniquissimo.*

Observatio.

Spatium loci, &c. Cuius verbo apponi potest accusativus, qui distantiam significet. Liv. Mille, & ducenti

passus ibi latitudo patet, hoc cubiculum patet in latitudinem viginti pedes.

Por *Habeo*, hoc cubiculum habet longitudinem duodecim pedes, vel duodecim pedes longitudinis, vel in longitudine. Plin.

Por *Sum*. Longitudo huius cubiculi est duodecim pedum; vel huius cubiculo sunt duodecim pedes longitudinis.

Ablativo instrumenti nunquam additur prepositio, ut Inepete dixeris scribere cum calamo.

Causæ, &c. Ad causam propter quam, hæc pertinent. Ardege iracundia, desiderio, amore flagrare, inflammare cupiditate, amore, &c. Hæc etiam fortassis; Læctor, gaudeo, delector, oblector, &c. Præponitur interdum prepositio præ. Cic. Præ maiore loqui non possum.

Aut modi. Modum actionis significamus interrogatione, quemodo? Ut: quemodo tulit iniuriam? Patienti animo, iniquo, vel æquo animo Sic? Clara voce, submissa voce dicere. Interdum huic ablativo additur prepositio cura; Cic. Semper magno cum metu dicere incipio.

Materia, ex qua aliquid fit, ponitur in ablativo cum prepositione. Cic. Ex auro calicem feci.

Ablativus precij. Cic. Iam invideo Magistro tuo, qui te tanta mercede sapere nihil docuit. His tamen genitiviis exceptis: Tanti, tantidem, quanti, quanticumque, pluris, minoris. Cic. Emit homo cupidus tanti, quanti voluit: Ex quibus tanti, quanti, quanticumque, minoris, in ablativum transeunt, si addantur substantiva. Liv. Cum pretio minori redimendi copia fieret.

Magno, permagno, parvo, paulo, minimo, plurimo, & si quæ præterea sunt, sæpè sine substantiva reperiuntur, sæpè etiam cum illo. Cic. Excogitare non poterat, quemadmodum plurimo venderet. Vili, & caro non admittunt substantiva.

Ablativus pretij, &c. Non solum verba, quæ aperte emptionem, venditionemque significant, sed etiam quævis alia huc spectant. Cic. *Multorum sanguine, & vulneribus ea Pœnis victoria stetit.* Varr. *Piscine ædificantur magno.* Valeo ablativum, & accusativum amat. Cic. *Mina valet centum dracmis: Atticis, Varr. Donavij, quod denos æris valebant.* Sum pro Valeo huius est loci. Cic. *Cum esset frumentum sex tertijs binis, Pluri pretio dixit.* Valla. Tutius tamen dices: *Maiori pretio, aut carius.*

Adverbia *carè, carius, carissimè, benè, melius, optimè, malè, peius, pessimè; vilis, vilissimè,* cum verbis emendi, vendendique apud bonos Authores reperies.

His tamen genitivis exceptis, tanti, tantidem, &c. ut *Quanti, vel quanto pretio licèt, est, estat constat, valet, æstimatur liber, viginti argenti, plus, quàm par est, indicasti. Ego pœnitere tanti non emam. Tantidem profecto ego emi; minoris mihi comparabo.*

Magno, per magno, &c. Sæpè sine substantivo reperiuntur, ut *magno vendidisti ensem, permagno mihi estetis; unusquisque vendit, ut potest, plurimo: unusquisque etiam emit ut potest, minimo: ego meum parvo dedidi paulo etiam comparasti.*

De Dimensione, & pondere.

Cic. *Pro Font.* Cum quaternos denarios in singulas vini amphoras exegisset. *Idem.* Pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegit. *Offic. Test.* Maximinus Imperator quadraginta libras carnis vna die absolvebat, vini amphoram exhauriebat. Cic.

Itaque rectè dicitur: Emi cerasa octo teruntijs, in singulas libras, vel emi duas libras cerasorum octo teruntijs, in singulas, vel pro vnaquaque libra, vel solvi octo teruntios, pro vnaquaque libra, vel in singulas libras cerasorum.

Dicimus etiam: Bibi duo vasa aquæ, vel aquam ad duo

Quibuslibet verbis adai potest ablativus absolutè positus.

Cic. Quod te auctore velle capi, adiutore prosequar.

Admonitio.

Aliquando absolutè ponitur participium præteriti temporis, sine nomine. *Liv. Ad Urbem progressus est non dum comperto, quam Regionem hostis petisset, Tac. Audito Castellum obsideri sex legiones eo duxit*

Interdùm ablativus, & nominativus eiusdem sunt personæ. *Senec. Populo spectante fieri credam, qui aliquid me conscio, faciam.*

Ablativus denique, qui partem significat animi, vel corporis, tum verbis, tum nominibus communis est. Cic. Tota mente, & artibus contremisco: Quem Poeta in accusativum mutare consueverunt. Horat. Tremis ossa pavore.

Verbis, & nominibus, &c. Cicero dicit, Hestorem toto pectore trementem. Hor. Animoquè, & corpore torpet: Huc illa accedunt: Cadere, i. concidere animo. Pendere animis, animi pendeo: cum singulari numero utimur.

Nominibus, ut Salust. Antonius pedibus æger. Cic. Qui nunquam ægro corpore fuerunt: & Martial.

Crime ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus.

Itaque dicitur bene ille est æger corpore, vel ægro corpore: Niger ore, vel nigro ore, & niger os Apud Poetas.

De Constructione Verbi Infiniti.

Verbum infinitum ante se accusandi casum postulat; post se casum verbi finiti. Cic. Vellem te in principio audivisse amicissimè admonentem.

Modus infinitus post se nominativum petit, cum res ad nominativum præcedentis verbi pertinent. Cic. Nolo esse longior.

Quod si accusativus præcessit, & sequatur necesse est. Cic. Cupio me esse clementem.

Infinium esse, accedente verbo licet, dativum, vel accusativum admittit. Cic. ad Art. Mihi negligenti esse non licet vel negligentem.

Cum cæteris verbis, quæ dativo gaudent; fere accusativum habet. Tert. Expedi nobis esse bonos.

Observatio.

Verba infinita ferè semper verbis adduntur: quibus voluntas explicatur, ut: Cupio, opto, desidero, volo, nolo, malo, cogito, affirmo, &c. ut: *Cupio discere.*

Si autem verba, puto, ayo, refero, & alia eiusdem significationis præcedant infinitum; durior efficitur oratio: ut si dicas: *Petrus putat esse bonus; quomodo interdum loquuntur Poetæ.*

Coniungitur non nunquam cum verbis morus, & nominibus substantivis more Græcorum. Tert. *Vultis ne eamus visere?* Cic. *Tempus est ad id, quod institueramus, accedere.* Ad duntur, & nominibus adiectivis, maxime apud Poetas: unde sunt illa: *Paratus respondere, cantare, certare.* Certus ire, mori *Doctus cantare, vincere,* &c. Paratus tamen, & dignus etiam ab Oratoribus cum infinito copulantur. Cic. *Id quod Parati sunt facere.* Idem. *Res familiaris, quæ mihi multo maior est, quam habere dignus sum.* Adiectivis neutris elegantè adherent infinita. Cic. *Pro patria, & in paria mori prædandum est.*

Si accusativus præcessit, & sequatur necesse est, &c.

Non nunquam tamen subaudiuntur hi præcedentes accusativi, me, te, se nos, vos. Curt. *Octoginta talenta constituit daturum Alexander, pro se daturum.* Inuitis vobis saluum esse nolo.

Fore ut, futurum ut, cum alijs verbis cum his maxime iunguntur, spero, existimo, suspicor, puto, affirmo. Cic. *Spero fere ut contingat id nobis.* Idem. *Nunquam putavit fo-*

re ut à te suplex venirem Senec Scio futurum, ut auditis eius sententijs, cupiatis multas audire.

Hac circuitiōne suplentur verba, quæ supinis carent, ut: Affirmo fore ut paucis diebus orationem pro Marcello ediscas.

Quando accusativi geminatione ambigua est oratio in activa, passiva voce efferrī debet, ut *Millonem audivi occidisse Clodium*, ambigua est: dices ergò: à *Millone audivi occisum esse Clodium*.

De Gerundijs.

Gerundia, quæ passionem non significant, casus suorum verborum admittunt, ut tempus obliviscendi iniuriarum, ignoscendi amicis, coercendi cupiditates.

De Gerundio Genitivi.

Gerundio genitivi adduntur substantiva tempus, causa, ratio, studium, facultas, & non nulla adiectiva, ut peritus, imperitus. Cic. Sum cupidus te videndi.

Admonitio.

Gerundia in di, interdum genitivum multitudinis pro accusativo admittunt. Sueton. Promissa edendi licentia, deipiendique pomorum. Tert. Novarum, qui spectandi faciunt comiam. Novarum pro novas comedias. Hæc tamen loquendi ratio frequentior est, cum pronomen intercedit; alioquin rara. Cic. Doleo tantum Stoicos nostros Epicureis irridendis sui facultatem dedisse.

De Gerundio Dativi.

Gerundium dativi significatione activa raro reperitur, actum quidem orationis partibus, quæ dativum postulant, adiungitur. Plaut Epidicum quærendo operam dabo: frequentius. Epidico quærendo. Non sum solvendo eleganter dicitur.

DE CONSTR.

De Gerundio Accusativi.

Gerundio accusativi præponuntur præpositiones ab, ob, inter, etiam ante, sed varius.

- Cic. Locus ad agendum amplissimus, &c.
 Idem. A quo pecuniam ob solvendum accepisti.
 Liv. Ipse, inter spoliadum corpus hostis, percussus est.
 Virg. Nunquam, ante domandum.

De Gerundio Ablativi.

Gerundium ablativi modo sine præpositiône in oratione adhibetur. Cic. ad Arie. Plorando deffesus sum: modo præpositiones admittit, à, ab, de, in; nonnunquam à, vel ex, cum pro.

- Cic. Ab invidendo rectè invidentiã dicitur.
 Idem. Quid cogites de transeûdo in Epirum, scire vellim.
 Idem. Quis est, tam in scribendo impiger, quàm ego?
 Plaut. Pro vapulando abste mercedem petam.
 Quint. Scribendi ratio coniuncta cum loquendo est.

Negant quidam gerundium ablativi verbis motus coniungi posse, ut Rebertor ab orando, seu ab oratione. Quibus non pauca adversantur testimonia. Cic. de Orat. cum à dicendo, refugiffem. Idem. A sublevandis hominibus nunquam discessi. Itaque utrumquè dicitur: ludendo, vel à lusu festus venio. A venando, l. à, aut, ex veneratione defagitat. us redeo.

De Gerundijs Passivis.

Gerundia, quæ passionem significant, nullum post se casum admittunt, significant verò passionem à verbis passivis semper.

Gerundium genitivi raro passivum reperitur, dativi, accusativi, & ablativi frequentius.

- Iust. Athenas erudiendi gratia missus est, id est, ut erudiretur.
 Plin. Charta emporetica inutilis est scribendo.
 Cic. Sus est advescendum hominibus apta.
 Quint. Memoria excolendo augetur.

Ratio variandi Gerundiã.

Gerundiã, quæ accusativo casu gaudent, ferè elegantius adiectivorum more ad hunc modum efferuntur, ita ut gerundijs casus maneat, servato tãmen genere, ac numero accusativi, ut Studiosus defendendi Rempublicam, civesquè servandi: Studiosus defendendæ Reipublicæ civiumquè servandum.

De Verbo Participiali in Dum.

Participiale in dum, accedente verbo substantivo, dativum postulat pro persona agente, post se habet casum sui verbi. Cic. Tuo tibi iudicio utendum est: Si tamen casus verbi fuerit accusativus, mutabitur oratio hoc modo: Petendum est tibi Pacem: Pax petenda est tibi. Pacem: Pax petenda est tibi.

De Supinis.

Supina in um, ante se nullum, post se suorum verborum casum habent, amantquè verba, quæ motum ad significant.

Tert.

Me vltro accusatum venit. Idem. Abi de ambulatum.

Supina in us, ferè passivæ significationis sunt, adherentquè nominibus adiectivis, ut Dignus, mirus. Cic. Quod optimum factu videbitur, facies.

De Participijs.

Participia eisdem casus habent, quos verba, à quibus proficiuntur. Liv. Ancus ingenti præda positus Romam redijt.

Quod ad significationem attinet, sua verba imitantur, Participium verò in dat, à quocumque verbo passionem significat, ut amendus, sequendus, amplectendus.

Participia ita dicta, quæ à verbis, & nominis, vim gerunt

ramquè participant : capiunt enim à verbo significati-
nem, & tempus: à nomine casum, & genus; ob utroque nu-
merum: habentquè casum verborum, vndè fiunt, vt *Legem*
confirmant, *Urbem everfurus*, *faturus amico*, *doctus à sapien-*
te præceptore litteras.

Quod ad significationem attinet, &c. Quæ ab activis,
& neutris nascuntur, actionem significant, vt *Amans ama-*
turus; *pugnās pugnaturus*; *obtemperans obtemperaturus*. A de-
ponentibus, & communibus participium quidem præsen-
tis, & futuri in Rus, actionem, vt *complectens*, *complexurus*:
in Dus passionem, vt *Sequendus*: cætera actionem, vt *Se-*
quens, *secuturus*, *secutus*.

Illa Coenatus, pransus, potus, ausus, gavisus, solitus, ar-
gutus, cautus, circumspèctus, contentus, disertus, profu-
sus, seitus, tacitus, voce quidem participia passiva imi-
tantur: significationem verò activam habent. Cic. *Coenato*
mibi, iamquè dormienti epistola est illa reddita *Pransus* ibi: en
comiendo os ireis. *Domus benè potus redibat*: bolvia bien
bebido. Potus, a, um, etiam in passiva voce reperitur. Cic.
Themistocles, *sanguine Tauri potu*, *mortuus concidit*.

Non nulla participia præteriti temporis, & futuri in
Dus, reperiuntur à verbis neutris orta, vt *Obitus*, a, um,
obeundus, *vigilatus*, *vigilandus*, *properatus*, *properan-*
du, *erratus*, *regnatus*, *pugnatus*, *laboratus*, *redundatus*,
testatus, *successus*: quorum aliquot etiam apud oratores
leguntur. Cic. *Pro Sest. Morte obita* dixit. Idem: *Tua confi-*
lia evigilata. Idem: *Nam cum omnia mea causa velles mibi*
successa. Verisimile est verba, vndè hæc sunt aliquandò pas-
siva fuisse.

Participia passiva præteriti, & futuri temporis, maxime
cum sunt nomina, etiam dativo gaudent Cic. *Spero Scipio-*
nis amicitiam notam posteritati fore. Tert. *Restat Cre-*
nes, qui mihi exorandus est.

Huius generis sunt *Cognitus*, *perspèctus*, *exploratus*,
com-

compertus, dilectus, probatus, acceptus, spectatus, despectus, contentus, neglectus, & composita, vt: cognitus, inauditus, invisus. Cic. *Illius animus mihi perspectus est, planeque cognitus.* Oratores tamen frequentius tribuunt participijs præteriti temporis ablativum, quàm dativum, nisi transeant in nomina. Cic. *Nos diu à perditissimis civibus vexati, aliquando per vos recreamur* Participia futuri in dus, frequentius etiam ablativum post se more passivorum habent. Cic. *Quid? De domo mea, quam Senatus à Pontificibus liberandam; Magistratibus defendendam putaret.* Et si non rarò nomina fiunt. Cic. *Tuendus mihi est Marcus Rufus, &c.* Tunc elegantèr vtimur pro debeo, l. oportet, vt: *Tuendus mihi es, id est, debeo cveri te.*

Excipiuntur.

Exosus, perosus, pertæsus accusativum amant.

Exosus, perosus, aborreter, patrios mores. Liv.
Pertæsus, est àr enfadado, ignaviam suam. Suet.

Participia, cum in naturam nominum transeunt, genitivum exigunt, cuius modi sunt presentis, & non nulli, præteritè temporis, vt: Amans patriæ, Consultus iuris.

Participia præsentis sæpè nomina fiunt, & postulant genitivum: huius generis sunt: Negligens amicorum, efficiens utilitatis, fugiens laboris, sitiens virtutis, pecuniæ; ferens laboris, & similia: His accedunt, quæ participij speciem præferunt, vt: insolens, irapotens, intolerans, &c.

Pauciora sunt præteriti temporis participia, quæ nomina fiunt, oratoribusque vsitata; de quibus agitur in constructione nominum adiectivorum, vt *Dolus litterarum, consultus iuris, alieni appetens, profusus sui, &c.* Nam illa: *Scitus vadorum, victus, erectus, falsus animi,* poetica sunt. *Eruditus ablativum tantum habet.*

De Constructione Nominis Substantivi.

Duo substantiva continuata, si ad eandem rem pertinent, eodem casu gaudent, ut Vrbs Athenæ. Si autem ad diversas, alterum erit genitivi casus. Cic. Supplicium est poena peccati.

Adiectiva, cum substantivè ponuntur, more substantivorum construuntur. Cic. Tantum cibi, & potionis adhibendum est, ut vires reficiantur, non ut oprimantur.

Substantiva, cum ad laudem, l. vituperationem referuntur, genitivo, vel ablativo gaudent. Cic. Neque te monere audeo præstanti prudentia virum, neque confirmare maximi animi hominem.

Utrumque casum amplectitur exemplum allatum. Item, Puer singularis ingenij, bonæ indolis, virtutis præclaræ, &c. In ablativo: singulari modestia, rudi ingenio, bonæ indole, &c.

De Adiectivis.

Adiectiva, quæ scientiam, communionem, copiam, & his contraria significant, genitivo iunguntur, ut Peritus, ignarus, particeps, expertus, plenus, inanis. Cic. Stalcorum plena sunt omnia, Item quadam in ax, ius, idus, & osus.

Copia.

Scientiam.

* Peritus, *sabio*, iuris civilis. Cic.

Imperitus, *que no sabe*, rerum omnium. Cic.

Doctus, *docto*, litterarum, l. litteris (in ablativo) ad militiam. Cic.

In doctus, *que no sabe*, pilæ. Horat.

Enarus, *entendido*, Reipublicæ. Cic.

Ignarus, *ignorante*, legum.

Rudis, *rudo*, è *visão*, rerum omnium.

Callidus, *afuto*, rerum rusticarum. Col. ad fraudem. Cic.

Pro-

ADIECT.

49

Prudens, *prudente*, impediendum malorum. Cic.

Imprudens, *imprudente*, que no sabe, legis. Cic.

Nescius, *que no sabe*, impendentis mali. Plin.

Inscius, *que no sabe*, omniura rerum. Cic.

Certus, *cierto*, sententiæ. Quint.

Incertus, *incierto*, veri. Liv.

Certior, *sabidor*, consilij tui, l. de consilio tuo. Cic.

¶ Confors, *compañero en la suerte*, laboris. Cic.

Exors, *fuera de la suerte*, ò parte, culpæ. Liv.

Compos mentis, *el que està en su juicio*. Cic.

Impors mentis, *el que està fuera de si*. Plin.

Particeps, *participante*, voluptatis. Cic.

Expers, *que no tiene*, rationis. Cic.

Reus, *culpado*, audaciæ, l. de audacia. Cic.

Infons, *sin culpa*, consilij. Liv.

Insuetus, *no acostumbrado*, laboris. Cic.

¶ Fertilis, *fertil*, ager fructuum fertilis. Cic.

Sterilis, *esteril*, tritici. Cic.

Fœcundus, *abundante*, metallorum. Plin.

Egenus, *menesterofo*, ò pobre, omnium. Liv.

Liberalis, *liberal en dár*, pecuniæ. Salust.

Parcus, *escafo*, boperum. Plin.

Prodigus, *prodigo*, gastador, auri. Plin.

In ax, ius, idus, & ofus, vt.

Copia.

¶ Capax, *capaz*, imicitia. Plin.

Tenax, *retenedor*, recti, que guarda justicia. Quint.

Ferax, *fertil*, terra ferax tritici. Plin.

Edax, *comedor*, multi cibi. Cic.

¶ Consciis, *sabidor*, sum mihi facinoris, facinori, vel de his rebus. In hoc sum mihi conscius.

Anxius, *congojoso*, securitatis. Plin.

Dubius, *dudoso*, presidij. Senec.

¶ Invidus, *embidioso*, laudis. Cic.

Cupidus, *deseoso*, splendoris. Cic.

Com-
munio-
nem.

Copia.

Ax.

Ius.

Idus.

Pro-

- Osus.* Providus, *apercibido*, futurorum. Cic.
 Avidus, *el que desea con ansia*, gloriæ. Cic.
 ¶ Studiosus, *aficionado*, virtutis. Cic.
*Quibus adde.** Fastidiosus, *el que se enfada*, litterarum. Cic.
 Curiosus, *curioso*, medicinz. Plin.
 ¶ Memmor, immemor, *el que se acuerda, ò no*, beneficij, Cic.

Partitiva nomina numeralia; & quæcumque adiectiva partitionem significant, genitivo gaudent, l. ablativo cum præpositione è, ex, l. de, vt: Nullus Scholasticorum, quatuor millicum, multæ istarum arborum,

Copia.

- Partiti- va.* ¶ Quis, l. qui, *quien*, vestrum, l. ex vobis. Cic.
 Aliquis, vllus, *alguno*, scholasticorum, l. ex.
 Alter, *el uno de dos*, vestrum, l. ex. *Y así de los siguientes,*
 Alteruter, *el uno, ò otro de los dos.*
 Nemo, nullus, *nadie, ninguno,*
 Neuter, *ni el uno, ni el otro de los dos.*
 Quicumque, quisquis, quilibet, *qualquiera que,*
 Quisque, *cada uno, ò qualquiera,*
 Vter, *qual de los dos.*
 Uterque, *el uno, y el otro, entrambos à dos.*
 Uter cumque, vtervis, vterlibet, *qualquiera de los dos.*
 Quidam, *alguno.* Alius, *otro.* Solus, *solo.*

- Numeralia.* ¶ *Cardinalia*, vt: Vnus; duo, tres, quatuor, quinque
Ordinalia, vt: Primus, secundus, tertius, quartus.
Distributiva, vt: Singuli, bini, terni, quaterni, &c.
Adiectiva, vt: Multi, pauci, plerique hominum, l. ex, &c.
Nomina quæ similitudinem, aut, dissimilitudinem significant
genitivum, aut dativum exigunt: Item communis, & propriæ

Copia.

- ¶ Similis, *semejante*, patris, vel patri. Tert. Cic.
 Dissimilis, *desemejante*, suorum, homini. Cic.
 Assimilis, *muy semejante*, sui. Ovid. Spongijs, Cic.

Dispar, *diferente*, sui, l. his. Cic.

Communis, *comun*, omnium inimicus, l. *omnibus*, hoc mihi tecum, l. *inter nos commune est*, *usamos de esse los dos*. Cic.

Proprius, *proprio*: senectutis, l. *senectuti vitium*. Cic.

Dativum post nomen adiectivum.

Nomina, quibus commodum, voluptas, gratia, favor, equalitas, fidelitas, & his contraria significantur, dativum postulant: Item verbalia in bilis; & quedam, que ex particula con, componuntur.

Copia.

¶ Salutaris, *saludable*, nobis. Cic.

Perniciosus, *dañoso*, Reipublicæ.

Comodus, *acomodado*, tibi. Cic.

Incomodus, *dañoso, que no quadra*, filio. Cic.

Pestifer, *pestilencial*, multis. Cic.

Infestus, *que daña como enemigo*, nobis. Cic.

¶ Iucundus, *gustofo*, mihi. Cic.

Molestus, *molesto*, alijs. Cic.

Absurdus, *mal sonante*, auribus. Cic.

¶ Gratus, *grato*, Cæsari. Cic.

Importunus, *fuera de proposito*, huic sermoni. Cic.

Aceptus, *acepto*, plebi. Cæs.

Invisus, *aborrecido*, Deo. Cic.

Odiosus, *odioso*, plerisque. Cic.

Invidiosus, *embidioso*, multis. Cic.

Offensus, *aborrecido*, parentibus. Cic.

¶ Propitius, *favorable*, nobis. Cic.

Adversus, *contrario*, fortitudini. Cic.

¶ Aequalis, *igual, en tiempo, ò en edad, illis: en otra cosa, vitz.*

Par, *igual*, tanto oneri, l. tibi ingenio. Cic.

Impar, *desigual*, meis viribus.

Supar, *casi igual*, huic arati. Cic.

¶ Fidelis, *fiel*, imperio. Cic.

Commo-
dus.

Volup-
tas.

Gratias.

Favor.

Aqua-
litas.

Fideli-

Es. 100.

Verba-
lia in
bilis.

Infidelis, *desleal*, hero. Plut.

Fidus, *fiel*, domino. Liv.

Infidus, *desleal*, amico fideli. Cic.

Perfidelis, *muy leal*, tibi. Cic.

¶ Oprabilis, *defeable*, pax omnibus. Cic.

Amabilis, *digno de ser amado*, mihi. Cic.

¶ Confinis, *que confina*, Ætiopix. Plin.

Consentaneus, *conforme*, rationi. Cic.

Continens, *que est à junto*, terræ. Cic.

Concolor corvo, *de color de cuervo*. Virg.

Conterminus, *que alinda*, Hispaniæ. Plin.

¶ Itèm accommodatus, appositus, aptus, idoneus, habilis, natus, *acomodado*, huic rei, l. ad hanc rem. Cic.

Vtilis, *provechoso*, nulli, ad nullam rem. Cic.

Inutilis, *inutil*, vsibus, l. ad vsum. Livium.

Accusativus, l. Ablativus post Nomen.

Adiectiva, quibus generalis dimensio significatur, accusativum, l. ablativum casum postulant, qui certa mensuram significant, Liv. Fosam sex cubitis altam, duodecim latam cum duxisset. Nix quatuor pedes alta iacuit. Cubiculum hoc latum est duodecim pedes, l. pedibus.

Generalis dimensio, vt longus, largo, latus, ancho, altus, alto, ù ondo, profundus, bondo, crassus, grueso.

Certa, vt digitus, palmus, pes, cubitum, l. cubitus, passus, stadium.

Ablativus post nomen.

Contentus, viduus, fretus, cum captus, onustus.

Præditus, atque potens. Captus vt ille manus.

Explicatio.

¶ Contentus, *contento*, suis rebus. Cic.

Viduus, *viuido, desamparado*, mulier marito vidua. Oras.

Fretus, *confiado*, sua innocencia. Cic.

Captus, *contrabecho*, omnibus membris. Cic.

Onustus, *cargado*, cibo, atque vino. Cic.

Potens, *poderoso*, divitijs. Liv.

Præditus, *adornado*, singulari modestia. Cic.

Genitivus, vel ablativus sine præpositione:

Immunis, plenus, locuples, alienus, innanis.

Dignus, & indignus, casus divesque, refertus.

Explicatio.

Immunis, *essento de carga*, aratri, militia. Ovid. Virg.

Plenus, *lleno*, inimicorum, vel timore. Cic.

Locuplex, *rico*, rei familiaris, vel copijs. Cic.

Allienus, *ageno*, eius dignitatis, dignitate, l. à digni-

tate, *averso*, illi causæ, vel ab aliquo. Cic.

Innanis, *vacio*, verborum, aliqua re. Cic.

Dignus, *digno*, honoris, vel honore. Cic.

Indignus, *indigno*, lo mismo que dignus.

Casus, *el que no tiene*, luminis (*vista*) sanguine. Cic.

Dives, *rico*, auri, vel copijs. Virg. Cic.

Refertus, *lleno*, Urbs mercatorum, vel omnibus rebus.

Cic.

Ablativus cum Præpositione, & sine illa.

Liber, inops, vacus, nudusque, extorris, & orbis.

Explicatio.

Liber, *libre*, terrore, à perturbatione. Cic.

Inops, *pobre*, amicorum, amicis, ab amicis. Cic.

Vacus, *vacio, libre*, timore, ab omni cura. Cic. timoris.

Nudus, *desnudo*, præsidio, à vel ex omnibus rebus. Cic.

Extorris, *desterrado*, patria à patria. Cic.

Orbis, *huerfano*, omnibus rebus, à parentibus. Cic.

Opus, indeclinabile, tener necesidad, accedente verbo sub-

antivo ablativum postulat. Cic. Opus est nobis tua au-

thoritate. Sæpè etiam more ad. estivorum in nominativo in-

cedis finitis, & in accusativo cum verbis infinitis, re-

peritur. Cic. Dux nobis, atque author opus est. Idem. Dices numos mihi opus esse ad apparatus triumphi.

* *Iungitur infinito*, ut opus est mihi dicere, non dicendi. Item participio prateriti loco infiniti: Tert. Ut tibi opus est facto, fac Cic. Opus est properato. Opus est mihi quaesito, &c. id est. Opus est mihi facere, properare, quærere.

Pleraque adiectiva ablativum postulant significantem laudem, aut vituperationem. Cic. Nequaquam sunt, tam genere insignes, quam vitijs nobiles.

Copia.

Cic. de Orat. sunt quidam, aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu, motuque corporis vasti, & agrestes, ut etiam si ingenijs, & arte valeant, tamen in Oratorum numerum venire non possint. Idem, ut vita sic oratione ductus, incultus, & horridus.

Adiectiva diversitatis ablativum cum prepositione à, vel ab, admittunt.

* Diversus, diverso, à te. Cic.

Alius, otro, ab illo, ac, vel atque ille. Cic.

Item Purus, puro, ab omni labe. Cic. sceleris. Horat.

Tutus, seguro, à labore. Cic.

Securus, seguro, ab isto peccato. Cic.

Nè nominum ordo, & constructiones perturbantur, huius servari, quæ circa illa notantur.

Nomina substantiva coniunctione alligata adiectivum multitudinis recipiunt. Liv. Hypocrates, & Epidices nat. Carthagine, sed oriundi à Syracusis. Quod si adiectivum singularis sit numeri, cum viciniore substantivo consociet. Cic. Multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum supervia, multorum odia, ac molestia perferenda est.

Adiectivum plurale præstantius genus sibi vindicat.

virile præstantius est muliebri, & neutro. Tert. *Dominus, uxor, liberi iuuenti invito parente.* Neutrum muliebri præfertur, præcipuè cum de rebus inanimatis sermo est. Sal. *Divitia, decus, gloria in oculis sita sunt.* Idem. *Nox, & præda hostem remorata sunt.*

Tamen cum substantiva sunt eiusdem generis, adiectivum potest interdum cum eisdem in genere convenire. Iustin. *Misericordia, & perfidia pari iure dilectæ.* Cic. *Verrè, ferè, proximi substantivi rationem habent.* Idem in Caril. *Video. P. C. in me vestrum omnium ora; atque oculos esse conversos.*

Collecta in pauca. In rebus animatis sic dicendum: *Pater, & mater collendi sunt. Bos, & iumentum sunt ad præsepè ligati.* Inanimatis verò. *Subucula, & thorax sunt detrita, & vix benè detriti. Pœnna, & atramentum sunt scriptioni necessaria. Mors, & pestilentia sunt fugiendæ, & interdum fugienda.*

